PIUS PP. VII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM. Nuper Nobis nomine Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici expositum est, quod Nos, per alias Nostras in simili forma Brevis Die XXIII. Decembris Anni MDCCCVI. expeditas Literas, supplicationibus fel: rec: Caroli IV. earumdem Hispaniarum tunc Regis Catholici benigne inclinati, Annuam Pensionem Ducatorum Millium Quingentorum Monetæ Hispanæ alias a Prædecessoribus Nostris, prout asseritur, reservatam, constitutam, et assignatam super fructibus, reditibus, et proventibus Archiepiscopatus Hispalen, quæ de Jurepatronatus ejusdem Regis ex privilegio Apostolico, cui non inveniebatur in aliquo derogatum esse, dignoscebatur, accedente ad id consensu tunc existentis Archiepiscopi, favore Hospitalis Innocentium nuncupat. ptæ Hispalen Civitatis, pro alimento illorum pauperum infirmorum, ad alios quatuordecim annos prorogavimus; Cum autem eædem causæ favore dti Hospitalis et si tempus ultimæ prorogationis jam expiratum, vel expiraturum sit, adhuc perdurent, ptus Ferdinandus Rex Pensionem hujoi ad alios quatuordecim Annos a die cessationis memoratæ prorogationis inchoandos protrahi cupiat, ac idem modernus Archiepiscopus Hispalen suum jam ad id consensum præstiterit in actu provisionis dtæ Ecclesiæ; Nobis propterea ipsius Ferdinandi Regis nomine supplicatum humiliter fuit, ut in præmissis opportune providere, ac, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Ferdinandi Regis votis, quantum cum Domino possumus, obsecundare volentes, ptique Hospitalis Administratores, eorumque singulares personas a quibusvis excomnis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclicis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujoi inclinati, reservationem, constitutionem, et assignationem supradescriptæ Pensionis Annuæ Ducatorum Millium Quingentorum Monetæ Hispanæ super fructibus, reditibus, et proventibus Mensæ Archiepiscopalis Hispalen favore Hospitalis Innocentium ptæ Civitatis pro alimento illorum pauperum Infirmorum, ac pro eo favore pro tempore existentium Administratorum ejusdem, a memoratis Prædecessoribus Nostris rite, prout asseritur, factas, ad alios Quatuordecim Annos a die cessationis ultimæ prorogationis computandos, servata cæteroquin forma, et dispositione Literarum Prædecessorum Nrorum, Auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, et prorogamus. Decernentes easdem præsentes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dtique Hospitalis Administratoribus pro tempore existen in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice Legatos, et Sedis Aplicæ Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan omnibus, et singulis illis, quæ in Prædecessorum Nostrorum Literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die XXIII. Januarii MDCCCXXI. Pontificatus Nostri Anno Vigesimoprimo.

El Rey, oido el Consejo de Estado, ha tenido á bien conceder el pase á esta Bula, para que pueda llebarse á efecto por el Diocesano de Sevilla, sin perjuicio de las regalias y protec-cion de S. M. en su caso, y derechos de la Nacion; y se ha servido mandar que se debuelva la Bula original al Apoderado del Hospital para su uso y execucion. Madrid veinte y seis de Agosto de mil ochocientos veinte y uno=

Vicente Cano Manuel

M. Card. Consalvi

Visto por el Encargado de Negocios del Ministerio, y Agencia General de S. M. en Roma á 26. de Enero de 1821.

Jose Narciso de Aparici

Regdo. fo. 96 no. 97 ao. 1821

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 769
Hospital de los Inocentes, leg. 5

DIPUTACION PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO